

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

*Manipulus florum*, Religio k:

Egyptiorum monasteria hunc tenent morem ut nullum absque opere aut labore suscipiant, non tam propter uictus necessitatem, quam propter anime salutem ne perniciosis uagentur cogitationibus.

Ieronymus in epistola ad Rusticum monachum.

Religio k  
cum fontibus proximo et primo

Fons proximus:

**Et ideo propter has causas religiosi non tenentur ad opera manualia, sicut nec saeculares: nisi forte ad haec per statuta sui ordinis obligentur;** sicut Hieronymus dicit, in Epistola ad Rusticum Monachum:  
Aegyptiorum monasteria hunc tenent morem, ut nullum absque opere aut labore suscipiant: non tam propter victus necessitatem quam propter animae salutem, ne vagentur perniciosis cogitationibus.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 187.3 (P. Caramello ed., p.831).

Fons primus:

Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque opere ac labore suscipiant, non tam propter uictus necessaria quam propter animae salutem, ne uagetur perniciosis cogitationibus  
et instar fornicantis Hierusalem  
omni transeunti diuaricet pedes suos.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 125.11.5 (CSEL 56, I. Hilberg ed., p.131, ll.4-8).